

www.e-rara.ch

**Silva locorum, qui frequenter in concionibus occurrere solent, omnibus
divini verbi concionatoribus, cum primis utilis & necessaria**

Luis

Venundatur Parisiis, 1586

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRa 166

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26764>

De bonitas, & misericordia.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DEI BONITAS, ET MISERICORDIA. 7

Dei bonitas, & misericordia.

Quid est dicere seruo, dimitte me, vt irascatur, nisi deprecandi Gregor.
ausum præbere? ac si dicat, Pensa quãtũ apud me valeas, & Exod. 32:
cognosce, q̃ obtinere poteris, qđ exoras. Greg. in mōr. lib. 9. c. 11.

Sancti, qui irā Dei obuiant, ab ipso accipiunt, vt contra eum Ti. 5.
opponantur, & contra ipsum se cū illo erigunt, eosque diuina
vis sibi secum opponit. Fouet enim eos intus gratia irascētis, vt
aduersus iram sequentis exterius, obtrineant. Greg. vbi sup. c. 12.

Ineffabili desiderio tenor, cū audio Bonus Dominus: cōfi- August.
deratisque & collustratis que forinsecus video (quoniam ab ipso
sunt omnia) etiam cū mihi hæc placent, ad illum redeo, à quo
sum, vt intelligam, quoniam bonus est Dominus. Aug. sup. Psal.

Ipse quippe Dñs noster Iesus Christ⁹ dixit. Nemo bonus nisi Marc. 18.
solus Deus. Nonne stimulauit nos ad inquirendum, & ad distin-
guendum quid sit bonũ ab alio bono bonum, & bonũ in seipso
bonũ: Quam ergo bonum est, à quo sunt omnia bona? omnino
nullũ inuenies bonum, quod nō ab illo sit bonum. Aug. vbi sup.

Aug. super illud Psal. 58. Deus meus, misericordia mea, sic ait,
Nō inuenit impletus bonis Dei, qđ appellaret Deũ suũ, nisi mise-
ricordiã suã. O nomē, sub quo nemini desperandũ est. Deus meus
inquit misericordia mea. Quid est misericordia mea? Si dicas, sa-
lus mea intelligo, quia dat salutē: si dicas refugium meũ, intelligo,
quia cōfugis ad Deũ: si dicas fortitudo mea, intelligo, qđ dat mi-
hi fortitudinē. Misericordia mea quid est? Totũ quicquid sũ de
misericordia tua est. Sed promerui te, inuocādo te. Vt essē, quid
feci? Vt essem, qui te inuocārē, quid egi? Si em̃ egi aliqd vt essē,
iã erā antē, quā essem. Porro si oĩno nihil erā, an ē quā essem ni-
hil p̃merui vt essem. Fecisti vt essē, & nō tu fecisti, vt bon⁹ essē?
Dedisti mihi vt sim, & poruit ali⁹ mihi dare, vt bon⁹ sim? Si tu mi-
hi dedisti, vt sim, & ali⁹ mihi dedit, vt bon⁹ sim, melior est ille, qđ
mihi dedit, vt bon⁹ sim, q̃ ille, qui mihi dedit, vt sim. Aug. Psal. 58.

Ite, proforte stolam primā Nō dixit, vnde venis? vbi fuisti? vbi Pet. 2.
sunt, quæ tulisti? quare tantam gloriam in turpitudinem cōmuta-
sti? Sed proferre stolam primam, & induite illum. Videtis quia
delicta non videt vis amoris, tardam misericordiam Pater ne-
scit, delicta qui discutit, prodit. In ser. de fil. prodi.

Cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Sic pater iudicat, sic emendat, sic peccanti filio dat oscula non flagella: Delicta non videt vis amoris, & ideo pater peccata filij redimit osculo, clausit amplexu. Et infra, Et date annulum in manu eius. Paterna pietas contenta non est innocētiā reparare solam, nisi pristinū restituat & honorem. Et dare calciamenta in pedibus eius. Quam pauper rediit, qui ditatus ascessit? & de tota substantia calciamenta in pedibus non reportat. Idem. Ibid.

Diony. Corpus quidam qui volebat peccatores quosdā à Deo puniri, vidit in visione Iesum dicentem sibi illos manu tenens, Iam percutite aduersum me. Paratus sum enim iterum pro saluandis hominibus pati. *Epist. 8.*

Clemen. Vlisci non desiderabit, qui pro iis, qui nobis faciunt iniuriā, orare docuit. *Pedag. lib. i. c. 8.*

Liberalis est, & magnificus qui (quod maximum est) suam nobis animam dedit: maximeque est benignus, qui frater voluit esse, cum Dominus esset. Idem. c. 9.

Climacus. Quoties pro peccatis nostris mœremus, & tristes sumus, præceptum Domini ad Petrum reuocare non desinamus. Ignoscendi scilicet septuagies septies peccanti. Quod enim alteri mandauit, ipse profectò multò magis implebit. *Gradu. 26. de Discretione.*

SOLL. ¶ Quàm longo tēpore, quot annis opus est, vt veniam ab homine, quem læteris, consequaris, & concessa venia, vix ille te vnquā æquis oculis aspicit. Iam verò maritus, si adulteræ vxori veniam concedat, vix vnquam illatam iniuriam ab animo deponit. At Deus erga Dauidem adulterium homicidio cumulantem, vbi ex animo illum pœnituit, ita se erga illum, & posteros eius propter illum gessit, ac si nihil penitus admisisset. Quid iam de Manasse dicam, qui sanguine Prophetarum Hierusalem repleuit vsq; ad os: propter cuius impietatem Hierusalem euerfa est: Cui Dominus non solum (vbi verè illum pœnituit) veniam, & libertatem contulit, sed etiam regnum, quod amiserat, donauit. Quid hac lenitate mirabilius?

Non modo huius mundi mirabile opificium diuinę bonitatis velut speculum quoddam est, sed multò etiā magis ipsa lex, quæ est à Deo lata. Quale enim illud peccus est, yndè hæc verba prodierunt?

DEI BONITAS, ET MISERICORDIA. 9

dierunt? Quod vni ex minimis his fratribus meis fecistis, mihi fecistis? Et illa, Hæc requies mea, reficite lassum, & hoc meum refrigeriũ: Rursumque illa. Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagies septies? Quid enim clemētius, quid benignius? Quid ipse misericordiarum pater faciet: qui mihi vt hoc facerem impetrauit?

*Matth. 25.
Isai. 28.
Matth. 18.*

Humanæ conditionis miseriã, Dauid allegat, vt misericordiã Dñi impetret, cùm ait, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, &c. Hac ratione Dominum clementer se cum hominibus agere declarat Eccles. 18. his verbis, Vidit præsumptionẽ cordis eorum quia mala est, & subuersionem illorum, quoniam nequã est: ideo adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis viam æquitatis. Misericordia hominis ad proximum suum: misericordia autem Dei ad omnem carnem.

*Psal. 50.
Eccles. 18.*

Cùm semper & vbique grata sit hominibus misericordia Dei: tũ illa gratissima est, quæ diu expectata ac desiderata venit. Vnde est illud Eccles. 35. Speciosa misericordia Dei in tẽpore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis. Idco non mirũ, si aliquando diu dominus differat precantium vota, vt sit eis eius misericordia gravior, materiamque illis vberioris lætitiæ tribuat. Talis enim illa fuit, de qua Psalmographus ait, Expectas expectaui Dñm, &c. Et immisit in os meũ canticum nouum, carmen Deo nostro, id est, nouam mihi lætandi, & laudandi materiam, misericordia eius diu expectata tribuit.

*Eccles. 35.
Psal. 39.*

Misericordia Dei in hoc maximè elucet, q̃ singularẽ quãdam humiliũ, pauperũ, & eorũ, qui tribulationibus premũtur, curã, & prouidentia gerat. Id infinitis penè scripturæ locis significatur. Hinc em̃ illa verba Psal. 9. Et factus est Dñs refugiu pauperi, adiutor in opportunitatib⁹, in tribulatione. Itẽ, vidẽs vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & gemitũ eorũ audiui. ppter duritiã eorũ, qui præsunt operibus, &c. Exod. 3. Darius verò Rex apud Danielẽ in omnibus regni sui finib⁹ præd. cari mãdauit, vt colerent omnes Deũ Danielis, q̃ ipse esset liberator, ac Saluator: quodq; ipse liberasset Danielẽ de lacu Leonum. Idẽ etiam apud Esai. gloriatur Dicẽs Deus iustus, & saluãs, nõ est præter me. Cõuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Item. Psal. 67. Deus noster Deus saluos faciẽdi, & Domini Domini exitus mortis,

*Psal. 9.
Exod. 3.
Daniel. 6.
Isai. 45.
Psal. 67.*

tis, hoc est, qui à faucibus mortis homines eripere solet

Deut. 24. Magnoperè Dei nostri bonitatem, & misericordiã cõmendat, quod tantam in scripturis sanctis pupillorũ, viduarum, aduenarũ, & pauperũ curã se habere testetur. Hinc & Deute. 24. quatuor in locis eiusdẽ capitis, pupillorũ, aduenarũ, & viduarũ curã cõmendat. Pretium verò mercenarij eadẽ die reddi iubet. Ne (inquit) clementer contrà te ad Dñm, & reputetur tibi in peccatum. Iã verò in scripturis Prophetarũ, quã acriter in eos inuehitur, qui pauperes & pupillos opprimunt, quã acerba illis supplicia cõminatur?

Quantò latius pateat misericordia Domini, quàm ira, declarãt illa Prophetarũ verba: Quoniã ira in indignatione eius, & c. *Psal. 29.* Quæ Hiero. ex Hebr. vertit hoc modo. Quoniã ad momẽtũ est ira eius, & vita in repropitiacione eius. Quo significare videtur, iram Dei aduersus pios breuissimam existere. benevolentiam vero esse diurnam, nempe æqualem vitæ.

Psal. 67. Pro eo, quòd nos legimus, turbabũtur à facie eius pater orphanorũ, & c. Hiero. ex Hebr. vertit, Exultate coram eo pater orphanorum & c. Verè enim exultandũ, quòd talem Deum habeamus, qui hoc sibi præcipuè nomen vendicauit. Pater orphanorũ, & iudex viduarum. Vera enim magnitudo & iustitia: in supplicibus tuendis, & conseruandis, & à potentiorum iniuriã liberandis, sita est. Vndè est illud Iob. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius excutiebam prædam. De bonitate & benignitate Dei illi potissimum iudicare debent, qui eam in se frequenter experti sunt eiusque sensum intra se perceperunt. De his namque scriptũ est.

Psal. 72. Quàm bonus Israel De⁹ his, qui recto sũt corde! Est enim Deus (vt August. ait) purgatẽ mentis sapientia. Alias quippe palato nõ sano pœna est panis, & c. Hinc est, quòd hi præcipuè ad diuinæ bonitatis laudes inuitantur, qui beneficijs Dei eruditi, eius bonitatẽ, & misericordiã experti sunt, dicente Propheta Cõfitemini Domino quoniam bonus quoniam in seculũ. m. e. Dicant qui redempti sunt, à Domino, quos redemit de manu inimici, & c. Isti ergo ad diuinas laudes prædicandas idonei sunt.

Si quis diligenter omnia Domini præcepta consideret, inueñiet planè non minus illa ad hominis pacem & incolumitatem, quàm ad Dei gloriam pertinere. Sic enim diuina bonitas rerum ordinem instituit. vt gloriam suam cum nostra salute coniunxerit,

nir, quemadmodum eleganter Eucherius in epistola ad Valerianum probat. Quod cum ita sit, dubitari merito potest, cuius rei *Euche.* gratia Deo magis obstricti simus, an propter premia, quæ cultoribus legum suarum constituit, an propter ipsas leges quas tulit. Vnde in Canticis, pro eo quod nos legimus surge, propera amica *Cant. 2:* mea, & veni. Alij ex Hebræo vertunt, Surgito tibi amica mea, & formosa mea, & ito tibi &c. Quod quauis Hebrææ linguæ idiotismus sit, nihilominus tamen hoc verbo admonemur operam omnem, quam in diuinorum mandatorum obseruatione ponimus, non in vllum Dei commodum (qui bonorum nostrorum non eget) sed in nostrum redundare. Quod si his adiungas, gratiæ ipsius munus esse, quod eius præceptis obtemperemus, inuenies illum, cum merita nostra præmiat, conferre nobis gratiam pro gratia. Vnde est illud Augustini. 9. confessionsum lib. Quisquis *August.* tibi cauerat vera merita sua, quid enumerat, nisi munera tua? Ioseph fratribus suis in Egyptum profectis, non modo frumentum, quod quærebant, dedit, sed pecuniam etiam qua frumentum emere debebant, in ore saccorum concludi iussit. Sic Dominus Iesvs, verus secundum carnis susceptionem frater noster, & felicitatem ac saturitatem æternam, quam homines quærunr, confert, & gratiam, item qua illam comparare debeant. Itaque adepta sempiterna pacis felicitate, cum Prophe- *Esai. 26.* ta dicemus, Domine dabis pacem nobis. omnia enim opera nostra operatus es in nobis.

Amor Dei erga nos.

Persuadendum erat homini, quantum nos dilexerit Deus & *August.* quales: quantum ne desperemus: quales. ne superbiremus. *Aug. de Trinj.*

Certè admonet membra sua, vt sursum corda habeant. Audiât ergo & faciant leuent ad cælum, quod male est in terris: enim non putrescit cor, si eleuetur ad Deum. Frumentum si haberes in inferioribus, ne putresceret, leuares ad superiora. Frumento tuo quæris mutare locum, & cor permittis in terra putrescere? stans in terra, in cælo es, si diligas Deum. Non enim sic leuatur cor, quo modo corpus. Corpus, vt leuetur, locum mutat,

cor

cor vt eleuetur, voluntatem mutat. Idem. Aug. sup. Psal. 85.

Chrysol. Surgam, & ibo ad patrem meum. Iacebat, qui dixit, Surgam, intellexit lapsum, sensit ruinam, iacere se turpis luxuriæ respexit in lubrico: & ideo exclamat, Surgam, & ibo ad patrem meum.

Luc. 15. Qua spe? qua fiducia? illa qua pater est. Ego perdidici, quod erat filij, ille, quod patris est, non amisit. Apud patrem non intercedit extraneus: intus est in patris pectore ipse, qui interuenit, & exorat affectus. Vrgentur patris viscera, iterum filium genitura per veniam. Ibo ad patrem reus: sed pater viso filio cooperit mox reatum, dissimulat iudicem, qui magis vult implere genitorem, & sententiam citò vertit, in veniam, qui redire cupit filium, non perire. Chrysol. in serm. 2. de filio prodigo.

Dion. Christus à se auersos & resiliens amatorie sequitur: contenditque, & deprecatur, ne se deserant, quos tanta vi amoris exquirat. Quid quod venire differentes benignissime tolerat, promissionibus leuat, blanditiis demulcet? Dion. Epist. 8.

Audebimus & hoc pro veritate dicere, quod ipse quoque Deus pro magnitudine amoris extra se sit prouidens creaturis, & amore mulceretur, & ex supremo suo statu ad hoc se demittit, vt inter omnia sit: quare & zelotes dicitur, vt vehemens ad ea, quæ sunt amanda, prorsusque ipse est, vt sit amabile, & amor. Idem Ibidem.

Deus aliquando dicitur amor, aliquando amabilis: amabilis, quia sui ipsius & sibi ipsi prouocator est, & motor: amor autem, quia mouet, & prouehit ad se. Dion. de di. nom.

Dei Beneficia.

Augst. Gratia tua depuro, & misericordie tua Domine, quod peccata mea, tanquam glaciem soluisi: gratia tua depuro, & quæcunque non feci mala. Aug. in confess.

Nemo est donis Dei beatus, qui donanti extiterit ingratus. Idem August. de viduir.

Omnia peccata sic habenda sunt, tanquam dimittantur, à quibus Deus custodiri, ne committantur. Noli modicum diligere, quasi à quo modicum dimissum est, sed potius multum diligere, à quo tibi multum tributum est. Si enim diligit, cui donatum est, ne redderet: